

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Widmungsbrief

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.


[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

ALMÆ MATRI  
ACADEMIÆ  
LIPSIENSI

QUE IN  
ELECTORATU  
SAXONICO EST  
NOMINATIM

FACULTATI THEOLOGICÆ  
ET PHILOSOPHICÆ.

S. P.

Um Nuper Lau-  
rifolia mea in lucem  
emitterem, Viri  
Amplissimi, Huma-  
nissimiq<sup>3</sup>, Patres A-  
cademia Eminen-  
tissimi, unicè illud spectavi, ut quo ad-  
fectu in me meaq<sup>3</sup> futuri essent Erudi-

)?( 2 to-

## EPISTOLA

torum animi explorarem. Illis enim  
 superantibus, superare & alia, cadentibus  
 autem & hæc cadere existima-  
 bam. Equos autem & benevolè sen-  
 tientes Iudices compertus sum, quot-  
 quot quidem opusculo meo oculos &  
 animum intenderunt. Promisi ergo  
 Literato Eruditorum orbi Commen-  
 tarium in Valerii Flacci Argonauti-  
 ca, arduum opus & à multis hæcenus  
 desideratum. Quod quidem apud  
 vos inter studia Philosophica olim cœ-  
 peram, sed post ea tempora domum  
 cum curâ resumsi. Videbam enim,  
 magnam initurum me gratiam apud  
 rei Literariae dictatores, si quid lucis  
 obscuro & tenebricoso Pœmati adfer-  
 rem. Quid enim? Pauci hæcenus  
 qui Argonautica veterum legerent re-  
 perti sunt, pauci qui intelligerent. Qui  
 Iliada Homeri, Æneida Virgilii inter



## DEDICATORIA.

Illis enim vulgo-Doctos utcumq; capiebat ἀπὸ τῶν  
 alia, cetero ut est in proverbio complere pu-  
 re existimabat. Et videre est multos, ad se-  
 renevolē stato fastidio neminem præter Duum-  
 sum, quos viros illos agnoscere, omnes nauseare,  
 o oculos & lectionem Juventuti interdicare,  
 promisi ergo vel quia illiterata scripta putant, vel  
 i Commentaria quia non capiunt. Ego vero acutum  
 Argonauti & heroicum planè Epos Flacci agno-  
 is hætenus scens, non potui quin varum seculi ju-  
 videm apud dicitur detectum quoquomodo labe-  
 olim co-factarem. Quod dum meo illo an-  
 ra domum te hac promisso commentario strenuus  
 am enim laboro, eo modo opus mihi sub manus  
 tiam apud successit, ut quantum Erudita & re-  
 i quid lucis condita Sapiencia in Valerio esset,  
 ati adferre nauseantibus animis ad oculum de-  
 i hætenus monstrarem. Verè enim dicam:  
 egerent re plus in unicâ Flacci paginâ, plus inter-  
 erent. Quod dum uno in versu latet Eruditionis,  
 rgilii inter quam apud plerosque alios in toto li-

## EPISTOLA

bro. Testem laudo librum primum,  
 & qui mihi prae aliis praeorsos sapi-  
 unt digitos Quintum & Sextum.  
 Hoc vero quodcumque est Operis cum  
 amore Flacci olim susceperim, tandem  
 ad umbilicum deductum publico jam  
 sisto adspectui. Ita enim vestra con-  
 silia & manuuctiones me habuerunt,  
 ut non nisi bonarum artium studiis  
 me addictum videretis. Ecce enim  
 dum alij Crapulae, alij Libidini, alij  
 Scurrilitati sedulam navant operam;  
 ego Bonis Literis juratam cum contu-  
 bernalibus amicitiam vovi. Et dum  
 à vobis Superiorum autoritate absam  
 & quasi exulo, coeptam studiorum te-  
 lam inter ipsa vocationis opera per-  
 texo. Non enim post consveta mu-  
 nia tanti mihi otium, ut quae hujus  
 Mundi sunt perquiram, quin ipsis Va-  
 cationis horis ad juvenilia studia re-



DEDICATORIA

currere, & hunc animum demittere  
 volupe sit. Senti enim quantum ad  
 fallendam temporis injuriam & Mar-  
 tia Erinnydos longè latèque servientis  
 Tyrannidem declinandam ejusmodi  
 studia animum refocillent. Non quod  
 ex his adfecto solatium, sed perturba-  
 to otium. Illud enim divina suppe-  
 ditant litera, ut in Calamitate pectus  
 erigas, hoc liberalia studia, ut scævam  
 temporis Indolem Humanitatis con-  
 suetudine frangas. Utrumque suo  
 tempore non jucundam modo sed & sa-  
 lutare. Nullus ergo pudor horum  
 mihi studiorum etiam in arduo hoc  
 quod sustineo munere, nullus, in hac  
 patria obsidione & Creperos inter Bel-  
 lona fragores, cujus innumera incom-  
 moda vel hoc pacto conjunctissimo  
 Musarum Charitumq; commercio le-  
 vatio & balistis quasi expugno. Dum  
 enim

enim alij castra metantur, alii in acie  
 stant, alij arma experiuntur, alij mi-  
 litem exercent: ego in Cizycicum Mi-  
 nyis pugnâ, & Jasonis contra Aeaten  
 expeditione idem cum Valerio meo  
 ago, & vivo omnia expertus exemplo,  
 Valerio applico, unum ex altero condi-  
 scens. Illum autem laborem, quod  
 ad Vestrae Excellentiae pulvinar depo-  
 no, Viri omnium ordinum Eminentis-  
 simi, nemini credo Vestrum obscurum  
 esse potest, nisi qui simul & mei & suo-  
 rum in me beneficiorum memoriam  
 abjecit. Cum enim ante novennium  
 in Academiam vestram studiorum Co-  
 loniam deduxissem eum apud vos fa-  
 vorem sensi, qui & voto meo & vestrae  
 eximia Gloriae non decens modo sed &  
 apprimè salutaris erat. Viam enim  
 monstrastis Regiam ad obtinendum  
 illud, cuius gratiâ ad Vos missus  
 eram,



DEDICATORIA

eram, Literatam nempe Eruditionem.  
 Nec meos conatus vel vestram Expe-  
 ctationem frustra fuisse docuit paulo  
 post Eventus. Exemplum enim vul-  
 gari Literatorum numero, primo Phi-  
 losophicæ mox etiam Apollinaris Co-  
 ronationis testimonio ornastis & in  
 editiorem speculam vindicastis. Quod  
 quomodo studia mea apud vos merue-  
 rint, non tam mea loquuntur specimi-  
 na in utroq; agone orbi communicata,  
 quam vestra de me honorifica senten-  
 tia quâ publicè quâ privatim declara-  
 ta. Examinatum enim & per gemi-  
 natum octiduum probè Tentatum non  
 inter Vulgares Competitorum Ani-  
 mas, sed in principe, classe constitutum  
 publico commendastis. Quæ hono-  
 rifica vestra de me Existimatio fecit  
 ut tota Academia, ejusdemque alumni  
 & amarint me & aestimarint; reliqui  
 )? ( S quoq;



## EPISTOLA

quoque nephratici Septentrionum filii  
 livore cedere coacti sint. Mibi quoque  
 incitamentum illa fuit, ut quam de  
 me conciperatis opinionem, facto ipso  
 contestatam redderem vivoque para-  
 digmate demonstrarem: Habere  
 etiam sua lumina Holsatiam, qui-  
 bus gloriari & caput efferre pos-  
 sit:

Quantum nana solent inter viburna Cu-  
 pressi.

Quod dum inter alia hoc etiam Com-  
 mentario pro me a parte strenuus alla-  
 boro, ad Vos Vestrumque Nomen, Am-  
 plissimamque celebritatem recurren-  
 dum duxi, quibus Opus hoc inscribe-  
 retur, ut tantorum meritorum condi-  
 gnum haberetis pramium. Accedit  
 quod apud Vos inque Academia Vestra  
 gremio cura hujus Commentarii susce-  
 pta sit: jure igitur ad vos redit. Soli  
 quip-

## DEDICATORIA

quippe estis, apud quos Humanitatis  
 studia adhuc vigent: soli ergo qui de  
 his laboribus rectè judicare valetis.  
 Taceo nunc alias hujus instituti cau-  
 sas domi mihi notas, & innumera be-  
 neficia, quibus me vestrates utriusque  
 Reipub. ciues largissimè cumularunt,  
 qua hac ratione ab oblivione in Ævi-  
 ternam Memoriam adserere volui.  
 Agite ergo Viri Rever. Excellentissi-  
 miq; laborem hunc Rei Literariae Bo-  
 no susceptum, serenâ quod dicitur fron-  
 te hilariq; vultu suscipite, meum ob-  
 servantia studium & grati animi si-  
 gnificationem inde agniture, singula-  
 remq; in me meaq; favorem benevo-  
 lentiamque ut hætenus fecistis, porro  
 continuate. Ego si hoc Vobis pla-  
 cendi studium, probatum cognovero,  
 dabo cum Deo operam, ut quod jam  
 in profanis Facultati Philosophicæ,  
 idem



idem propediem Theologica in sacris  
 probem Exercitiis, productâ nempe in  
 medium Nova Phræseologia Novi  
 Instrumenti, ex peculiari Dialecto  
 Spiritu Sancto usitata. Quâ in re  
 ante Triennium inchoata, non prom-  
 ptius promittendâ, quam præstandâ  
 vires mihi largietur Ille, qui dat Velle  
 & Perficere omne bonum. Gratia  
 Jesu Christi ineffabilis, Academiam  
 vestram & utramq; Rempubliam cle-  
 mentissimè sub umbra alarum suarum  
 regat, foveat; & ut hætenus ferè so-  
 lam ita etiam impostera à Bellona  
 sævitie militumq; Tyrannide liberam  
 & immunem adserat, tutetur & gu-  
 bernet. Ecclesie vero sue ubiq; loco-  
 rum periclitanti tandem dñi μνησθῆναι  
 opem acceleret, ortamq; seditionis ra-  
 biam omnipotentiâ suâ consopiat, ut  
 salutaria multa docere & discere porro

DEDICATORIA.

valeamus in Regni sui propagationem  
& Nominis Divini Gloriosam Exal-  
tationem. Fiat O Christe Fiat!

Valete. Dabam Crempis Holsa-  
torum Pridie. Id. Febr. anno sine  
labepartus cl<sup>o</sup> Isc XXIX.

Vestrarum Dignitat.

& Excellent.

Observantissimus.

LAMPERTUS ALARDUS Guiliel-  
miades, Phil. Mag. & Poet. Cor.  
S. S. Theol. CANDIDATUS.



Ad